

Rome, 10 juin 1613. Bellarmin à Charles Campigny prov. des Célestins
----- à Lyon. ----- 1286 13786

/ Admodum R. do Patri, Patri Carolo Campigny provinciali Caelestinorum
per Galliam. Lugdunum.

Admodum R. de Pater

Gratulor R. V. ex corde dignitatem provincialatus, et precor Deum
5 ut cedat in majorem gloriam Dei et congregationis utilitatem. Li-
benter quoque accepi, quod cohortatio mea de mentali oratione, et
studiis, ac novitiatu placuerit reverendis patribus istis, et spero
in dies magis placituram. Gratissimum etiam mihi fuit quod congre-
gatio Caelestinorum in Gallia in Breviario novo recipiendo non dis-
10 senserit a congregatione italica et a reliquis congregationibus or-
dinis S. i Benedicti. Quod attinet ad oblatos in itinere ducendos et
habitu seculari, et militari existimarem sequendam esse consuetudinem
aliorum religiosorum; vel consulendos homines doctos, qui in Gal-
liis non desunt, et melius noverunt quid istis possit aut expediat
15 fieri quam nos qui procul absumus. Absolute autem certum est non li-
cere sine magna necessitate religiosos professos, quamvis laicos in-
cerere sine habitu religioso, et armatos. His valeat R. V. mei memor
in sanctis precibus suis. Romae die 10 Junii 1613.

Admodum R. dae Paternitatis Vrae

20 Uti frater
Robertus cardinalis Bellarminus.

Paris. B. N. fonds français n. 15794 f. 51^v. Copie. - Epist. fam., XCIX.